



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iohannis Scheffleri S. R. Eccl. Presbyteri Concilium
Tridentinum antè Tridentinum**

Angelus <Silesius>

Nissæ, 1675

Articuli Tertij, Punctum Tertium. Demonstratio Ordinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42264

Concilij Trid: antè Trident.

propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibi vigentē. Forma hujus Sacramenti est: per istam unctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per visum, &c. De hoc Sacramento inquit beatus Apostolus, infirmatur quis in vobis &c.

*Articuli Tertij,
Punctum Tertium.*

Demonstratio Ordinis.

Gregorius Nazianzenus, *Oratione in laudē S. Athanasij, quae est Oratio 31.* Sic porrò educat9 & insti.

Artic: III. Punctum III.

& institutus, ut nunc quoq; eos oporteret qui plebis antistites futuri, magnumq; Christi Corpus tractaturi sunt, secundum magnum DEI consilium ac præscientiam, in magnum hunc Clericorum ordinem cooptatur, atq; in eorum, qui appropinquant DEO appropinquant, numerum ascribitur, ac sacrosanctæ stationis & ordinis honore afficitur, cunctisque Ecclesiasticorum graduum muneribus deinceps perfundus, Alexâdrino populo perficitur.

Gregorius Nyssenus Oraz: de S. Baptism. Eadem etiam verbi vis Sacerdotem Augustum & venerandum facit, novitate benedictionis à communitate vulgi segregatum. Cùm enim heri ac
tempo-

Concilij Trid: antè Trident.

tempore superiori unus è multitudi-
tudine ac plebe esset, repente
redditur Præceptor, Præses, Do-
ctor pietatis, mysteriorū laten-
tium Præsul, eaque contingunt
ei, cum nihil vel corpore vel for-
mâ mutatus, sed quod ad speciẽ
externã attinet, ille sit qui erat,
invisibili quadam vi ac gratiã in-
visibilem animã in meliùs trans-
formatam gerens.

Chrysostronus l. 3. d. Sacerdot.
Sacerdotium ipsum in terra qui-
dem peragitur, sed in rerum cœ-
lestium classem ordinemq; refe-
rendum est. Atque id perquam
merito. Quippe non mortalis
quispiam, non Angelus, nõ Ar-
chang-lus, non alia quævis crea-
ta potentia, sed ipse Paracletus e-
jusmodi ordinem disposuit, &c.
Tum

Artic III. Punctum III.

Tùm probè intelliget quāto Sa-
cerdotes honore, quantā digni-
tate, quantā Spiritûs sancti gra-
tiâ dignata fuerit.

*Theodoretus ad c. 5. Ep. 1. ad
Timot.* Manus citò nemini im-
posueris; oportet enim priùs e-
xaminare vitam ejus qui ordina-
tur, deinde in ipsum invocare
gratiam Spiritûs S.

Theophylactus in cap. 19. Lucae.
Omnis cuiquēq; concredita est
præsidentia, etiâsi indignus fue-
rit, donum habet ex unctione
suâ, id quod magnum divinæ mi-
sericordiæ Sacramentum est.

Conciliū Chalcedonense Can: 2.
Si quis Episcopus propter pecu-
nias ordinationem fecerit, & nō
venalem gratiam, in venditionē
deduxerit, & propter pecuniam
ordie

Concilij Trid: antè Trident.

ordinaverit Episcopū vel Chor-
episcopum vel Presbyterum &c,
qui hæc tentasse convictus fue-
rit, de proprio gradu in pericu-
lum veniat.

Tertullianus exhort: ad Castit.
cap: 7. Differentiam inter Or-
dinem & plebem constituit Ec-
clesiæ autoritas, & honor per or-
dinis concessum sanctificatus à
DEO.

Cyprianus vel autor apud ipsum
de ablutione pedum, ordinationem
Sacramentum vocat, & cum Ba-
ptismo confert. Docemur, quæ
sic Baptismi & aliorū Sacramen-
torum stabilitas. Nam Baptismū
repeti Ecclesiasticæ prohibēt Re-
gulæ, & semel sanctificatis nulla
deinceps manus iterū conse-
crans præsumit accedere: nemo

sacros

Artic. III. Punctū III.

facros Ordines semel datos iterū renovat: nemo sacro Oleo lita, iterū linit aut consecrat: nemo impositioni manuum vel ministerio derogat Sacerdotum.

Ambrosius de dignitate Sacerdot. cap 5: Quis dat frater Episcopalem gratiam? DEUS an homo? Respondes sine dubio, DEUS. Sed tamen per hominē dat DEUS. Homo imponit manus, DEUS largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dexteram, & DEUS benedicit potenti dexterā. Episcopus iniciat ordinem., & DEUS tribuit benignitatem.

S. Augustinus lib. quæst: vet: ac nov Testam: q. 93. Quod insufflasse in discipulos Dominus legitur post dies paucos resurrecti-

onis

Concilij Trid: antè Trident.

onis suæ, & dixisse: Accipite Spiritum sanctum, Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione Dominicâ per Spiritum S, aguntur, idcirco cum regula eis & forma traditur hujus disciplinæ, dicitur eis: Accipite Spiritum sanctum. Et quia verè ad jus Ecclesiasticum pertinet, statim subjecit, dicens: Cujus tenueritis peccata, tenebuntur: & cuius remiseritis, remittentur ei. Inspiratio ergo hæc, gratia quædam est, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Unde Apostolus dicit ad Timotheum: noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyteri. Semel ergo fieri

Artic: III. Punctū III.

fieri oportuit, ut de cætero traditio ista non sine dono Spiritus sancti esse crederetur.

Idem de bon. Conjugali cap. 24.

Quemadmodum si fiat ordinatio Cleri ad plebem congregandam, etiam si plebis congregatio non subsequatur, manet tamen, in illis ordinatis Sacramentum ordinationis: & si aliqua culpa, quisquã ab officio removeatur, Sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad iudicium permanente.

Idem lib: 2. contr. Epist: Parmeniani c. 13. Illud quod quidã eorum veritate convicti dicere coeperunt, Baptismum quidem non amittit qui recedit ab Ecclesiã, sed jus tamen dandi amittit: multis modis apparet frustra & inane

Concilij Trid: antè Trident.

inaniter dici. Primò, quia nulla ostenditur causa, cur ille qui ipsū baptismum amittere non potest, jus dādi amittere possit. Utrumque enim Sacramentum est, & quādam consecratione utrumque homini datur, illud cūm baptizatur, istud cūm ordinatur: ideoque in Catholicā utrumque non licet iterari.

LEO Mag. Epist: 87. c. 1. Uniuersis cuique nostrum dicitur, Manu cito nemini imposueris, neque comunicaveris peccatis alienis. Quid est cito manus imponere, nisi antè ætatem maturitatis, antè tempus examinis, antè meritum laboris, antè experientiam disciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis

alie-

Artic: III. Punctū III.

alienis, nisi talem effici ordinan-
tem, qualis ille est, qui non me-
ruit ordinari? &c. quis ergo dis-
simulare audeat, quod in tanti
Sacramenti perpetratur injuriā?

Gregorius Mag: ad cap: 10. lib:
1. Reg. Tulit Samuel lenticulam
olei: Hoc profectò hâc unctiōne
exprimitur, quod in sanctâ Ec-
clesiâ nunc etiam materialiter ex-
hibetur: quia qui in culmine po-
nitur, Sacramenta suscipit uncti-
ōnis. Quia verò ipsa unctio Sa-
cramentum est, is qui promove-
tur, benè foris ungitur, si intus
virtute Sacramenti roboretur. &
in illa verba; immutavit ei Deus
cor aliud: Samuel Saul in Prin-
cipem unxit, Deus autem ei cor
aliud immutavit: quia sacrorum
ordinum Sacramenta ab Eccle-
siæ Do-

Concilij Trid: antè Trident.
fiæ Doctõribus foris accipimus,
sed Sacramentorum virtute ab
omnipotente DEO interiùs ro-
boramur. Virtus verò Sacra-
menti gratia est Spiritus septi-
formis.

Concilium Florentinum doctõr:
de Sacram. Sextum Sacramen-
tum est ordinis.

Articuli Tertij,

Punctum Quartum.

Matrimonij demonstratio.

J *Reneus lib: 1. c. 1.* Quapropter
& omni modo oportere eos
Zyzygiæ (id est conjugij) me-
ditari mysterium.

Clemens Alexandrinus lib: 3.
Stromat: Si peccatum est matri-
monium